

N. 4.

A. D. 962.

(maggio, Indiz. V)

<i>Data di luogo</i>	Casamassima.
<i>Rogatorio</i>	Iacobus diac. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio irregolare: alt. 0,51, largh. da capo 0,25, da piedi 0,16.
<i>Scrittura</i>	Corsiva molto nitida ( <i>V. facsimile</i> ).
<i>Contenuto</i>	I coniugi Sikeprando ed Eregarda vendono a Kaloiohanne, fratello di detto Sikeprando, un pezzo di vigneto, nella località Casamassima, pel prezzo di 5 soldi Costantini.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine domini nostri iesu christi dei eterni. Septimodecimo anno imperii domini Romano et tertio anno imperii domini Basili f. eius. sanctissimis imperatoribus nostris mense magio. quinta indictione. Ideoque ego Sikeprando f. qd. Iohanni. qui sum nativo de loco Casamaxima finibus Canosina. quam et ego mulier nomine Eregarda uxor eius. una cum consensu et voluntate Garzaniti. f. meo. et Kalokuri. parenti meo qui michi consentientes fuerunt. quam et per largientiam Leoni imperiali spatharii kandidati et iudici (1) qui me secundum legem diligenter inquisivit. dum nobis congruum est bone etenim nostre [volu]ntates. per hanc videlicet cartam venditionis. venundamus quidem tibi Kaloiohanni germano meo hoc est enim una pecia de vinea nostra quam habemus in supradicto loco Càsamaxima. que michi est pertinentem ex predicto genitore meo qs. Sikeprandi. et ubi ego qs. Eregarda habeo pertinentem quartam partem per meum morgincaput. que in integrum ipsa iamdicta pecia de vinea quam tibi venundedimus pro quo est tricornis est per as fines de prima parte fine a media fenestra vinea tua qs. Kaloiohanni. de secunda parte fine a medio pariete vinea Amori. et terra Fugardi. de tertia parte fine pergit via

---

(1) Le parole da *Leoni* a *iudici* con inchiostro differente.

publica. Infra as autem finis venundedimus quidem tibi nominati Kaloiohanni integra ipsa iamdicta pecia de vinea. una cum gira et tor[nat]oria sua. andito. trasito. et exito suo. et cum inferius superiusque suis. et cum omnia infro se habentes. Unde nec nobis, neque cuilivet alteri hominum de supradicta nostra venditione nullam reservabimus portionem. excepto ipse duo talee de olibe. et duo talee de fico que stant ibidem. et quod sunt Cy-rasi germano nostro. nam aliud totum sicut prelegitur in integrum tibi venundedimus pos-sidendum. pro quibus confirmandam hanc nostra venditione nunc de presente recepimus a te nominato hemptore exinde finitum pretium auro constantinos solidos quinque. bonos dythitos. In ea videlicet ratione. ut amodo et semper tu qs. Kaloiohannē hemptor et tuis heredibus. supradicta nostra venditione habere. et securo nomine possidere valeatis. atque faciatis exinde omnia quod volueritis sine cuiuscumque hominum contradictionem. de qui-bus repromittimus nos qs. Sikemprando. et Eregarda virque uxor venditor. et vendetrix. et nostris obligamus cunctis heredibus supradicta nostra venditione. tibi nominati hemptori. et ad tuis heredibus ab omnibus hominibus inantistare et defende (2), quid (3) si nos vobis eam non defensaverimus. aut si nos ipsis per quolivet ingenium retornare quesierimus; ante omnia questio nostra modis omnibus adversus vos vacua sit. et duplum supradictum pre-tium nos vobis componere obligamus. et quod ista nostra venditione apud vos remeliorata paruerit omnia sub estimatione pretii nos vobis restituamus. et predicta nostra venditione in antea per invitis nos vobis defensemus. Super hoc autem ego qs. Sikemprando venditor wadium tibi nominati Kaloiohanni germano meo hemptori dedi. et mediatorem tibi posui Ciraso germano meo. de eodem loco. tinore quidem. ut ego et meos heredes. defensemus tibi et ad tuis heredibus integra ista nostra venditione da omnibus hominibus qui vobis exinde aliquid tollere aut contrare voluerint. et si taliter eam vobis defendere noluerimus. aut eam vobis retornare quesierimus per quocumque ingenium decem constantinos solidos pena vobis componere obligamus et in antea per invitis taliter ut prelegitur eam vobis de-fendere placitamus. eo quod iste mediator vester tribuit vobis licentiam se pignerandum per bobi et alia sua legitima pignera. et hec carta venditionis in supradicta ratione omni tempore sit firma. quam te Iacobum diaconum atque notarium taliter scribere rogavimus in eodem loco Casamaxima.

† ego qs. Leo imperiali spathario kandidato et iudice (4).

† ego Iaquinto presbiter.

† ego Ioannes presbiter.

† signum manu Fugardi teste f. Warini (4).

(2) Così. Corr. *defendere*.

(3) La forma solita è « quod » ma qui la carta ha « quid » scritto per intero. V. carta seguente n. 3.

(4) Tutta la sottoscrizione in inchiostro differente.